Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

priusquam thymiama sui sacro sci corporis propt
salutem nram in altari crucis incenderet. pro
amore et iam lacrimas fudit. qd in resurrectio
ne lazari celeberrime innotuit. Bene autem
additur. Vt offerant in eo thymiama dno ne for
te moriantur. Mors enim timenda e animae spi
ritalis et aeterna si qui ad ministerium altaris et ecclesiae
thymiama orationum dno reddere neglexit. Mors
timenda e. si qui ad sacro sca mysteria absq; spciosa
ablutione conpunctionis intrare. et sca dni commu
nibus manib; tractare praesumit. Lauent ergo
manus suas ac pedes in aqua labri aenei. et sic ad altare
accedant. Abluant lacrimis aestus et incessus. acce
inde manus ad contingenda xpi mysteria proferant.
pedumq; gressus in atria dni ponant. Quod aeque pre
ceptum reor his qui eorundem sacramtorum percepti
one mundandi sunt. ut cautiore cura prius actus suos
cogitatusq; discutiant. euentilent purgent. ac
sic ad participanda fidei sacramta accedant. Ne audi
re mereantur illud apostoli. Quicumque enim
manducat et bibit indigne. Iudicium sibi manducat
et bibit. ñ diiudicans corpus. Idest nequaquam
edulium uiui panis ac communiu escarum uilitate
cauta et sollicitamente secernens. Haec de labro